

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Homo m  
in 1493/5 & 1550 editionibus cum fonte primo

Principium iure tribuitur homini cuius causa uidetur  
cuncta animalia genuisse natura magna et seua  
mercede contra tanta sua munera ut non satis  
estimare parens melior tristior nouerca  
fuerit. ante omnia unum animantium cunctorum.  
alienus uelaminis ope caeteris uarie tegumenta tribuit.  
testas cortices coria spinas pilos  
plumam pennas squamas: uellera  
et arbori quae cortice interdum gemino  
a frigoribus et calore tuta est. hominem tantum  
nudum et in nudo humo: natali die abiicit ad  
uagitum statim et ploratum. nullumque tot animalium  
aliud ad lacrimas et hoc protinus uitae principio.

Plinius historiarum mundi libro VII.

*Manipulus florum*, Homo 1 (Venetiis, 1493/5), sig.p5r.

Principium iure tribuetur homini, cuius causa uidetur  
cuncta alia genuisse natura, magna, saeva  
mercede contra tanta sua munera, non ut sit satis  
aestimare, parens melior homini an tristior nouerca  
fuerit. ante omnia unum animantium cunctorum  
alienis uelut opibus. ceteris *sua* uarie tegumenta tribuit,  
testas, cortices, coria, spinas, villos, saetas, pilos,  
plumam, pinnas, squamas, uellera;  
truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino,  
a frigoribus et calore tutata est: hominem tantum  
nudum et in nuda humo natali die abicit ad  
uagitus statim et ploratum, nullumque tot animalium  
aliud ad lacrimas, et has protinus uitae principio;  
at Hercule risus praecox ille et celerrimus ante XL  
diem nulli datur.

C. Plinius Caecilius Secundus (Maior), *Naturalis  
historiae libri XXXVII.*, 7, 1, 1-2 (C. Mayhoff ed.,  
vol.2, pp.1-2, ll.5-10, 1-7).

Principium iure tribuetur homini, cuius causa uidetur  
cuncta animalia genuisse natura, magna et saeua  
mercede, contra tanta sua munera, ut non satis  
aestimare parens melior homini, an tristior nouerca  
fuerit. ante omnia unum animantium cunctorum,  
alienis uelut opibus, caeteris uarie tegumenta tribuit,  
testas, cortices, coria, spinas, pilos,  
plumam, pennas, scamas, uellera:  
Truncos etiam arboresque cortice, interdum gemino  
a frigoribus et calore tutata est. hominem tantum  
nudum, et in nuda humo, natali die abiciit ad  
uagitum statim et ploratum, nullumque tot animalium  
aliud ad lacrymas et hoc protinus uitae principio.

Plinius historiae naturalis libro VII.

*Flores omnium fere doctorum*, Homo 1 (Venetiis,  
1550), fol.231v.